AUGUSTINUS. HUGO DE SANCTO VICTORE
12. Jh. Seite 40v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26328
Copyright: Admont, Benediktinerstift



s. grande multo diligenti. In quo apparet quemadmodum eorum ad
uersus ecclam catholicam impium ac superbissimum errorem sola
funditus maximianistarum causa subuertat. quod scisma factum est ex
ipsa parte donati. Hic liber sic incipit. Multa iam diximus.

Et multa iam scripsimus. De gratia noui testamenti. ad hono
o ipso tempore quo contra donatistas ratum liber unus.
uehementer exercebamur. Et contra pelagianos exerceri iam ceperamus.
amicus quidam misit mihi v. a cartagine questiones. Et rogauit ut
eas illi scribendo exponerem. Que sunt. quid sibi uelit illa uox domini. deus
meus. deus meus. ut quid me dereliquisti. Et quid sit quod ait apostolus. ut in kari
tate radicati et fundati. prevaleatis comprehendere cum omnibus
sanctis. quae sit latitudo. et longitudo et altitudo. et profundum
Et quae sint uirgines stultae v. quae sapientes et quae sint tenebrae
exteriores. Et quomodo intelligendum sint. uerbum caro factum est.
Ego autem intuens super dictam heresim nouam inimicam gratiae dei
vi. mihi proposui questionem de gratia testamenti noui. De qua disputans
interposita expositione psalmi xxi. In cuius capite scriptum est
quod dominus exclamauit in cruce quod ille amicus in primis mihi proposuit
exponendum. Omnia illa v. dissolui. non in hoc ordine quo erant
proposita. sed sicut mihi disserenti de gratia noui testamenti tamquam suis
locis congruenter occurrere potuerunt. Hic liber sic incipit.

Quinque mihi proposuisti tractandas questiones. De spiritu et littera
ad quem scripserant tres ad eundem marcellinum. l. i.
libros quorum titulus est de peccatorum meritis et remissione ubi
diligenter disputatur etiam de baptismo paruulorum rescripsit
mihi se fuisse promotum. quod dixerim fieri posse ut sit homo sine
peccato. si uoluntas eius non desit ope adiuuante diuina
qua uis nemo tam perfectae iusticiae in hac uita uel fuerit. uel sit.
uel futurus sit. Quesiuit ut quomodo dixerim fieri posse cuius rei
desit exemplum. Sed post hanc eius inquisitionem scripsi librum